122 M.

HILLAS intestina veteres esse dixerunt: unde Bohillae, oppidum in Italia, quod eo bos intestina vulnere trahens advenerit. Laberius (145):

lavite item hillam. cocus si lumbum adussit, flagris caeditur.

idem Catulario (21):

† "neve aliter hunc pedicabis" — "quomodo?" —
"video, ádulescenti nóstro caedis híllam . ."

HINNIBVNDAE pro hinnientes, ab eo quod est hinnio. Claudius Annalibus lib. XVI (78): 'equae hinnibundae, inter se spargentes terram calcibus'.

## INCIPIT PER I LITTERAM.

INCVRVISCERE. Cicero de Oratore lib. III (154 = trag. inc. 135): 'ut'

. . bacarum ubértate incurvíscere.

ita et in Tusculanis, lib. I (69).

INFINITATEM. Cicero Academicorum lib. IV (II, 116): 'at hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. is enim *infinitatem naturae dixit esse*'. — *idem Tusculanarum lib. V* (105): '*quibus* infinitatem rerum atque naturae et in hoc mundo ipso caelum, terras, maria cognoscimus'.

---

2—7 Hinnos — advenerit; 15—26 INC.— dementia.

---

5 bohilla: *corr. Quich.* || 8 labit item $F^3 B^A$: labitatem *L*: *corr. Ribb.* || fragilis *L* (*pro* fraglis) || caedetur f. *Ribb.*: fragulis caeditor (?) *Mu.* || 10 Naevi, a. h. pedica, si vis *Leo anal. Plaut. II, 10* || 11 hilla *L*: illa $B^A$: (*corr. F*): ilia *Bue.* || 12 Hinnibunde pro hinnienter: *corr. Quich.* (*idem error p. 130. 11*) || hinno || 15 INC. *om.* $D^A$ || 16—123. 5 *fort. post 131. 2 collocand.* (*cf. 'Non. Marc.' pp. 47, 91*) || 16 Incupuiscere $L^1$ || 17 ubertatem || 18 *cf. Class. Rev. XVI, 49* || 20 popularis || soldali *L* || pervasit *L* || 21. 22 *add. Roth.*

INSANITAS. Cicero Tusculanarum lib. III (10): 'insipientia autem, quasi insanitas, quae est insania eademque dementia'. — Varro Eumenidibus (133):

apage ín dierectum á domo nostra ístam insanitátem!

INFRACTIONEM. Cicero Tusculanarum lib. III (14): 'in quem cadat aegritudo, cadere in eum timorem et infractionem quidem animi'.

IVGLANDES, agrestes nuces. Cicero Tusculanarum lib. V (58): 'instituitque ut candentibus iuglandium putaminibus || barbam sibi et capillum adureret'.

INGENERARETVR, ut innasceretur. Cicero Academicorum lib. III (fr. 14): 'in tanta animantium varietate homini ut soli cupiditas ingeneraretur cognitionis et scientiae'.

IVVENILITAS pro iuventus. Varro Tithono, περὶ γήρως (545):

quam derelíquit
multícupida iuvenílitas.

ITVM pro incessum. Titinius Setina (117):

itum,
géstum, amictum quí videbant éius.

IGNAVIT, id est ignavum facit. Accius Aeneadis aut Decio (9):

. fateor, sed saépe ignavit fórtem in spe expectátio.

INPLICARE positum pro ornare. Afranius Brundisinis (18):

parte ínferiore hic ínplicabatúr caput.

---

15—26 INC.—dem.; 28—30 Infr.—nuces; 2 Ing. ut inn.; 5 Iuv. p. iuv.; 9 It. p. inc.; 12 Ign.—fecit; 14 Inpl.—ornare.

---

**24** I || **25** insanitas quaedam q. *Cic.* || esset: est et *On.* || **26—27** *cf. 49. 25* (*s. v.* dierecti) || **28** (Infractionem torporem $F^3$ *mg.*) || **31** cadentibus: (*corr. G*) || **2** (Ingeneraretur, nasceretur *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **5—7** *cf. 433. 23* || **7** qua *codd. h. l.* || **8** (iuvenitas $G^1$) || **9** incessu || **10** itu *L* || **11** cestum *L* || **12—13** *cf. 126. 16* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 109*) || **12. 13** Ignavavit *Bue.* || **13** *versus stat post v. 15* || fecit *codd. h. l.* || **14** brumdisio in || **15** huic *Quich.*

INANIIS pro inanitate. Plautus Aulularia (84):

ita inániis sunt óppletae atque aráneis.

INCITAS dicitur egestas. Plautus Trinummo (535):

alii éxsolati abiérunt; alii emórtui;
. . . . . . hem nunc hic, cuiust,
ut ad íncitas redáctus est!

idem Poenulo (907):

prófecto ad incitás lenonem rédiget, si eas abdúxerit.

Lucilius Satyrarum lib. III (62):

illud ad incita cum redit atque internecionem.

idem lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
conmanducatus conrupit, ad incita adegit.

INCERTAT, incertum facit. Pacuvius Duloreste (150):

set méd incertat díctio: quare éxpedi.

Plautus Epidico (545):

lónga dies meum incértat animum.

ICIT significat percutit, ab ictu. Plautus Truculento (601):

fréndit, ícít femúr.

idem Vidularia (98):

ibi || út piscabar, fúscina ici vídulum.

---

16 In. p. in.; 18 Inc. d. eg.; 29 Inc.—fac.; 33 Icit—ictu.

---

17 arantes || 18 Incistas $L^1$: Incitae (?) *Mu. in append.* || 19 -atum *codd. Pl.* || 20 em (hem) *codd. Pl.* || cuius est *codd. Pl.* || 21 ad *Pl.*: a || 23 profectu: (*corr. G*) || incita (-tam *F*) leonem || 25 rediit: (*corr.* $G^1$) || aque $L^1$ || 26—28 *cf. 479. 3* (*s. v.* conmanducatur); *143. 5* (*s. v.* mediastrinos) || 27 magistograten (*praec.* m) *codd. h. l.* || 30 med *Both.*: ne: me *Iun.* || quare *Σ*: quam rem: quin rem *Scal.* || 1 ici *ed. pr.*: vici.

Pacuvius Armorum Iudicio (38):

nám canis quando ést percussa lápide, non tam illum ádpetit
quí sese icit quám illum eum ipsum lápidem quî ipsa icta
ést petit.

Afranius Simulante (307):

offéndit, fregit, rúpit, icit póculo.

Caecilius Demandatis (27):

si úmquam quisquam vídit quem catapúlta aut balista ícerit.

Lucretius lib. III (159):

esse animam cum animo coniunctam; quae cum animi vi perculsa est, exin corpus propellit et icit.

Turpilius Demetrio (26):

"nam si íceris me pósthac, credas míhi velim",
inquít, tum quid censés? "dolebit scílicet."

Naevius Danae (10):

quae quondam fúlmine icit Iúppiter.

INVNCARE, quasi unco invadere et arripere. Lucilius lib. XV (21):

at quî nummos tristis inuncat?

INSOLVM, insolitum. Afranius Crimine (40):

órbitatem tuaé senectutí malam
metuí, quod insolúm non venit caéco ac dementí tibi.

---

17 Inunc.—arr.; 19 Ins. insolitum.

---

3 *fort.* canes || 4 sese i. *Voss.*: ses i. $L^1$: se i. $B^A$ || illunc *Hermann.*: *del. Quich.* || eumpse *Voss.*: *fort.* eumpsum || 6 regit rumpit: *corr. Ribb.* || 10 animam $F^3$: animum $L B^A$ || coniunctum $B^A$ (*G E*) || vis: *om. codd. Lucr.*: *corr. edd.* || 11 percussast *codd. Lucr.* || et icit *Lucr.*: eicit || 13 nam $F^3$: na nam $L B^A$ || 14 quid censes tum? *Both.* || 15 Naevius] inequius *L* || 16 quam *Delrius* || quondam $F^3$: quandam $L B^A$ || 19 *fort.* IN SOLVM (*del.* insolitum) (*sed vid.* '*Non. Marc.*' *p. 71*) || 20 sen. tuae: *corr. Both.* || 21 in solum *Afr.* || demetibi: *corr. Both.*

idem Virgine (342):

né veniret, quód nunc agitur, ínsolum.

INIBI pro sic et mox. Afranius Materteris (207):

postquam se vídit
inibi ésse, gnatam párvulam soróribus conméndat.

Caecilius Plocio (188):

"libérne es?" — "non sum líber, verum inibi ést quasi."

Pacuvius Iliona (205):

profécto aut inibi est aút iam potiuntúr Phrugum.

IGNOTAE, id est insciae. Naevius Lycurgo (37):

ignótae íteri' súmu'; túte scís.

INIVRIE dictum pro iniuriose. Naevius Lycurgo (40):

"óderunt di hominés † iniuriose." — "égone an ille iniúrie
fácimus?"

INCILARE est increpare vel inprobare. Accius Meleagro (458):

quis erít qui non me spérnens, || inciláns probris,
sermóne indecorans túrpi fama dífferet?

idem Clytaemestra (41):

mátrem ob iure fáctum incilas, génitorem iniustum ádprobas?

---

24 Inibi—mox; 31 Ign.—insciae; 33 Iniurie—iniuriose; 36 Inc.—inprobare.

---

**23** ni v. *Ribb.* || nunc *Iun.*: num $B^A$: *om. L* || in solum *Afr.* || **25** videt *Quich.* (*senar.*) || **26** gnatam *Quich.*: gignatam || **28** nondum (?) *Mu.* || liber $F^3$: *om.* $L B^A$ || quasi $F^3$: *om.* $L B^A$ || **30** aut iam $F^3$: tam iam $L B^A$ || **31** Ignoti i. e. inscii *Mu., recte, ni fallor* || **31—32** *cf. 485. 5* (*s. v.* iteris) || **32** ignoti *codd. 485* (*cum codd. Prisc. I, p. 229*) (*cf. Class. Rev. XVI,* 48) || **34** i dii *L* || h. iniuros *Both.*: h. iniustos *Havet.* (*Arch. Lat. Lex. III, 282*) || **1** quis erit $F^3 B^A$: qui rit *L* || ingilans *L* || **2** differet $F^3$: differret $L B^A$ || **4** matrem ob *Grotius*: matre meo.

Pacuvius Duloreste (130):

síquis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

Lucilius lib. XXX (30):

nunc, Gai, quoniam incilans nos laedi' vicissim.

INNVBERE positum transire, quod hae, quae nubunt, ad domos maritorum transeunt. Lucilius Satyrarum lib. VI (26):

suam enim † invadere atque innubere censent.

INFESTVM MARE HABERET pro mare latrocinando infestaret. M. Tullius de Republica lib. III (24): 'nam cum quaereretur ex eo, quo scelere inpulsus mare haberet infestum uno myoparone: «eodem», inquit, «quo tu orbem terrae».

IMBRICES ac TEGVLAS. Sisenna Historiarum lib. III (11): 'dissipatis imbricum fragminibus ac testis tegularum'.

INPIGRITAS pro inpigritia. M. Tullius de Republica lib. III (40): 'numquam viri fortissimi fortitudinis, inpigritatis, patientiae'.

INTOLERABILIS, id est quae tolerare non possit. Afranius Privigno (254):

quod si fecíssem paulo saépius,
didicísses ferre et nón esse intolerábilis.

INCONSVLTI, quibus consulentibus religio nihil diceret. Vergilius Aeneidos lib. III (452):

inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.

---

9—10 Inn.—trans.; 12—13 Inf.—inf.; 16—18 Imbr.—pro inp.; 20 Int.—pos.; 24 Inc.—diceret.

---

8 gat *L* || vicissem *L* || 9 nubant *L* || 10 transeant *Mu.* || 11 s. e. insinuare *Lachm. comm. Lucr. 181, Mu.*: *fort.* suam (*vel* suas) inv. e. || 13—15 *cf. 318. 17* (*s. v.* habere, facere); *534. 14* (*s. v.* myoparo) || 14 conpulsus *codd. h. l.* (*cf. Class. Rev. XVI, 48*) || 20 tolerari: *corr. Bongars.* || 23 did. *On.* (-set *Scal.*): didicit esse is || 26 aberunt *L* || odere *om. L.*

INLVVIES, sordes. Vergilius Aeneidos lib. III (593): respicimus: dira inluvies.

Lucilius lib. XXX (88):

inluvies, scabies oculos huic denique petigo
conscendere.

Varro Manio (254): 'ac periret «squalé scabreque, inlúvie et vastitúdine.»' (cf. Pacuv. 314.)

Lucilius lib. XXVI (44):

hic || cruciatúr fame,
frígore, inluvie, ínperfundie, ínbalnitie, incúria.

INVIDIOSVM, quod sit vitabile ad videndum. Lucilius lib. XXVI (36):

squálitate súmma ac scabie súmma in aerumna óbrutam,
néque inimicis ínvidiosam néque amico exoptábilem.

INDVLGITATE pro indulgentia. Sisenna Historiarum lib. III (46): 'Bassus adsiduitate, indulgitate victus'.

IEIENTARE. Afranius Buccone Adoptato (Pomponius 26):
iéientare núlla invitat.

Plautus Curculione (73):
quid ántepones Véneri ieientáculi?

---

27—28 Inl.—inl.; 3 Inv.—vivend.; 6 Ind. p. indulgentia; 8—16 Iei.—facit.

---

27 Inluviis $L^1 C^A D^A$ || 27—28 *cf. 130. 7; 330. 5; 373. 16* || 28 inluviae (ill-, -ie) || 29—31 *cf. 160. 18* (*s. v.* petigo) || 30 denique spei *codd. h. l.*: deque petigo *Fruter.*: deinque p. (?) *Iun.* || 32—33 *cf. 168. 15* (*s. v.* scabre); *185. 14* (*s. v.* vastescant); *226. 5* (*s. v.* squalor) || 33 sq. scabieque *codd. h. l.* || 3 qui sit $C^A D^A$ || vivendum || 3—4 *cf. 226. 8* (*s. v.* squalor, fem.); *401. 36* (*s. v.* summum) || 4 sculitate || erumna *codd. 226. 401*: re summa *codd. h. l.* || 7 adsiduus itate $L^1$ || 8 (Ieientare ientare $F^3$ *mg.*) || Pomponius *Neukirch.; Ritsch. Parerg. I, 134* || 11 ientaculi $B^A$ (*ut v. 8* Ientare, *v. 10* ientare, *v. 13* ientauit $B^A$): alentaculo *codd. Pl*

Afranius Crimine (43):

haéc ieiuna iéientavit.

Varro Marcipore (278): 'ut eat ac rem publicam administret, quod pulli ientent'.

IGNAVIT, ignavum facit. Accius Aeneadis (9):

. fateor, sed saépe ignavit fórtem in spe expectátio.

INAVDIRE, audire. M. Tullius ad Pansam lib. I (2): 'quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primum quiddam inaudieram'.

Novius Malivolo (55):

úude hoc tam repénte
iucúndum inaudiví melum?

Pacuvius Armorum Iudicio (35):

quod égo inaudivi accípite et quid sit fácto opus decérnite.

Afranius Divortio (68):

. nóbis dictes, quaéso, ne ille inaúdiat.

INFELICENT. Caecilius Nauclero (114):

út te di omnes ínfelicent cúm male monita mémoria!

Plautus Poenulo (449):

di illum ínfelicent ómnes!

INIQVAT. Laberius Nuptiis (65):

aequum ánimum indigna iníquat contumélia.

---

8—16 Iei.—facit; 18 Inaud. aud.; 27—28 Inf.—memoria; 31—33 In.—redintegrare.

---

**13** eient. *DA*: ieientabit *Mu.* || **16—17** *cf. 123. 12* || **16. 17** Ignavavit *Bue.* || **16** ignavium *L*[1] || fecit *codd. 123* || **17** ignabat *codd. h. l.* || **26** novis dictis (d. *om. L*[1]): *corr. Lips.*: n. dicas *On.* || inaudiatid *L* || **27. 28. 30** Infelicitent: *corr. Guietus* (Infel [*sic*] felicem faciant *F*[3] *mg.*) || **28** ut dedi *CA DA* || molita *CA DA* || **31** (Iniquat iniquus fit *F*[3] *mg.*) || **32** indignati niquat *L*[1]: indignat in. *F*[3] *CA DA*: indignanti in. *BA*: indignatione in. *On.*

INTEGRARE, redintegrare. Vergilius Georgicorum lib. IV (514):

ramoque sedens miserabile carmen ||
integrat.

Accius Antenoridis (124):

namque húc id venio, ut méa ope opes Troiae íntegrem.

Pacuvius Chryse (111):

set césso inimicitiam íntegrare.

Sisenna Historiarum lib. IV (89): 'ultro citroque integrant in oppido caedem'.

IRASCERE pro irasci. Pomponius † etarista (30):

nóli, quaeso, iráscere:
móre fit, moríri suam quisque úxorem ut velit . . .

Nigidius Conmentariis Grammaticis, lib. IX (2): 'ita irascere. quid nunc irascitur?'

IAMDIV pro olim. Turpilius Hetaera (79):

Rhodiénsest, sed istuc cónmigravit iám diu.

Ennius Alcmeone (19):

factum est iám diu.

Caecilius Pausimacho (136):

líbera essem iám diu,
si istóc habuissem ingénio amatorés mihi.

Livius Aiace (15):

mirúm videtur, quód sit factum iám diu?

---

31—33 Iniquat—redint.; 8 Ir. p. ir.; 13 Iamd. p. olim.

---

34 ramoque *Verg.*: ereboque || 3 invenio: *corr. Voss.* || trogae (-ge) || 5 ceso *L* || 8 Hetaerista *Quich.*: Citharista *Me.* || 9 neli *L* || 10 quisque *om. L* (*post* uxorem *litt. quinque spatio relicto*) || su. vir qu. ut ux. *Ribb.*: su. qu. ux. vir uti (ut) *On.* || 12 quod (*Rutgers.*) nunc irasci dicitur *Quich.* || 18 liber e.: *corr. Iun.* || 19 si ston hab. ing. *F*[3]: si ston (*om.* hab. ing.) *L*: hab. ing. siston *BA*: *corr. On.* || abutores *L.*

INCVRSIM pro celeriter. Caecilius Fallacia (46):

núllus sum, nisi meám rem iam omnem própero incursim
pérdere.

INDISCRIMINATIM, indifferenter. Varro de Lingua Latina lib. XVIII (33): 'quibus nos in hoc libro, proinde ut nihil intersit, utemur indiscriminatim, promisce'.

INSANVM pro insane; ut INMANE pro inmaniter. Plautus Nervolaria (99):

insánum valde utérque deamat.

Sallustius lib. II (44): 'inmane quantum animi exarsere'. Nomen positum pro adverbio.

IVXTIM pro iuxta. Sisenna Ab Urbe Condita (3): 'iuxtim Numicium flumen obtruncatur'. — Livius Aegistho (10):

in sedes cónlocat se régias,
Clytaeméstra iuxtim, tértias natae óccupant.

INANIMA, sine anima. M. Tullius de Officiis || lib. II (11): 'quae ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum'. — et in Hortensio (20): 'nam cum omnis sollertia admiranda est, tum ea, quae efficit ut, inanima quae sint, vivere et spirare videantur'.

INDOLENTIAM nove M. Tullius quod sine dolore sit, de Officiis *lib. III* (12): 'ut i qui rem expetendam vel voluptate vel indolentia metiuntur'.

---

22 Inc. p. cel.; 24 Ind. ind.; 27 Ins.—inmaniter; 32 Iux. p. iuxta; 1 Inan. s. an.; 6—9 Indol.—addicere.

---

27 inaniter $C^A$ (*non Turic.*) || 28 neruo (*sic*) || 31 Nom.—adv. *secl. Mu.* || 32—33 Sis. 'at urbe cond. iux.' *Quich.*: Sis. 'urb. cond. iux.' *Me.*: Sis. Historiarum lib. I 'proximo anno ab urb. cond. iux.' *On.* || 5 sperare $L^1$ || 6 I. q. s. d. s. n. M. T. *Mu.* || 7 off. ut ii qui *L*: off. ut hi qui $C^A$ $D^A$: off. II ut qui $B^A$: *corr. Quich.* || q. rem expetenda $D^A$: *om.* $L^1$: q. res expetendas *codd. Cic.* || 8 voluntate $D^A$.

128 M.

INDICARE, promittere, addicere. M. Tullius de Officiis lib. III (62): 'Scaevola, Publi filius, cum postulasset, ut sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur'.

INEPTITVDO pro ineptia. Caecilius Harpazomene (61):
quî, homo ineptitúdinis cumulátus, cultum oblítus es?

IGITVR positum pro postea. Plautus Amphitryone (209):
sin alitér sient animáti neque dent quaé petat,
sese ígitur summa ví virisque eorum óppugnassere óppidum.

INVOLARE, inruere, evolare vel insilire vel invadere. Plautus Amphitryone (245):
cúm clamóre ínvolánt ínpetu álacri.

Cicero de Oratore lib. III (122): 'ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines, caducam quasi atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis involaverunt'.

IVDICATVM atque indictum. Plautus Asinaria (937):
mále cubandum est: iúdicatum me uxor ducit domum.

INPENDIO pro magis. Plautus Aulularia (18):
atque ílle vero mínu' minusque inpéndio
curáre minu'que me ínpertire honóribus.

---

6—9 Indol.—addicere; 12 In. p. ineptiae; 14 Ig.—postea; 17 Inv.—invad.; 19—25 Impetu al.—magis.

---

9 pro remittere *Mu.* || **11** vim sibi *L* || **12** pro ineptiae *CA DA* || **13** equî (ecquî) h. (*praec.* e) *Ribb.*: quî tu h. *Mu.* || cultrum *Both.* || **15** sient *Pl.*: essent || petant (*cum codd. Donat. ad Eun. I, I, 1*) || **16** s. vi virisque *Pl.*: s. viresque || oppi. expugnassere (-asse) *codd. Pl.*: oppi. oppugnassere *codd. Donat.*: oppugnatus se oppi. || **19** *ab* inpetu *nov. lemma*: *corr. F*[3] || **20** Cic. *om. CA DA* || prudentia || **21** quasi cad. *codd. Cic.* || **23** Iud. adiudicatum atq. *Freinshemius*: Iud. damnatum atq. *On. post Fabrum* || (Iudicatum, ad iudicium ducit *index marg. in BA et* [Ind.] *gl.*) || addictum *Freinshemius*: iudicio addictum *On.*: *fort.* inductum || **24** ducit *BA*: dicit *L*: adducit *codd. Pl.*: abd. *Dousa*: *fort.* inducit || **25** Inpedio (Imp.): (*corr. Turic.*) || (Inpedio, inpendio *index marg. in BA et gl.*) || **26** inpedio (imp.).

129 M.

INDIPISCERE, petere, usurpare. Plautus || Aulularia (774):

nec partém tibi
ádeo, cuiumst, índipisces; néque furem excipiés? . .

INCRVSTATVM. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (533): 'λιθόστρωτα pavimenta et parietes incrustatos'.

INPOTENS, valde potens. Cicero Tusculanarum lib. V (17): 'qui nihil metuant, nihil angantur, nihil concupiscant, nulla inpotentia ecferantur'.

INAVDITVM, quod non audiat, in veteribus prudentibus lectum est (Gell. VI, 6, 1): 'quaedam animalium aliud alio carent; aut caeca natura gignuntur aut inodora aut inaudita'.

INFESTVM, cui aliud sit infestum. M. Tullius pro Plancio (1): 'dolebam, iudices, et acerbe ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quod is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio custodiaque texisset'.

IGNARVM, quod nesciatur aut sit incognitum. Vergilius Aen. (X, 706):

ignarum Laurens habet ora Mimanta.

---

1 Ind.—usurp.; 4—6 Incr.—pot.; 9—12 Inaud.—sit inf.; 16 Ign.—incognitum.

---

**1—3** *cf. 293. 26* || **3** ab eo *codd. Pl.* || cui sit *codd. h. l.*: cuius (cuivis) *codd. 293*: cuiquam est *codd. Pl.*: *corr. Mu.* (cuiust) || inde posces *codd. Pl.* || **4** (Incrustatum ornatum crustis coopertum $F^3$ *mg. cum ind. marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **5** par. crustatus: *corr. Laurenberg. post Iun.*: parietem incrustatum scrutatus *On.* || **7** agant || **8** impotenti laetitia e. *codd. Cic.* || **10—11** alia alio *codd. Gell.* || **11** aut a natura: et aut caeca natura *Gell.* || **12** cui *scripsi* (*praecesserat supra* aliud alio): aliud || Inf. quod alii infestum aut cui aliud sit inf. *On.* || (Infestum, quod magis infestetur *index marg. in* $B^A$ *et gl.*) || **13** doleram $L^1$ || **15** texisse *L* || **16** nesciatur aut $F^3$ (*cum* $H^2$): nesciat cura ut *rell.* || **17** Aen. *om. codd. Gell. IX, 12. 22.*

Sallustius Iugurthino bello (cf. 93, 3; Hist. I, 103): 'amore humanae cupidinis ignara visendi'.

INLATEBRARE a latebris honestissime dictum. Caelius Annalibus, lib. I (Claud. Quadrig. 22): 'arma plerique abiciunt atque inermis in latebras se inlatebrant'.

INIMICITIA numero singulari. Ennius (trag. 326):

eo ego ingénio
natús sum; amicitiam átque inimicitiam ín frontem promtám gero.

INPVNO, quod est inpudens. Lucilius lib. II (1):

homo inpuratus et inpuno est rapinator.

INFINITIO, quasi sine fine et indefinitio. Cicero de Finibus Bonorum et Malorum lib. I (21): 'quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus; infinitio ipsa, quam apeirian vocant'. ||

IN POPVLVM pro ad populum. Sisenna Historiarum lib. III (43): 'servulum eius, praemio libertatis inductum magno cum tumulto conventûm in populum produxit armatum'.

INMISSVM pro demissum, prominens et longius pendens. Sisenna Historiarum lib. III (47): 'cum conplures men-

---

21 Inl.—dic.; 24—27 Inim.—inpudens; 29 Inf.—indef.; 1 In—ad pop.; 5 Inm.—pendens.

---

19 Iug. bell. *om. codd. Gell.* || 20 more *codd. Gell.* || uisenda *L* || 22 Q. Claudius *Gell. XVII, 2* || 23 atque $B^A$: at *L* || 'inermi inlatebrant sese.' inlatebrant verbum etc. *codd. Gell.* || 25 ego *om.* $L^1$ (*cum codd. Gell. XIX, 8*) || 26 am. modo inim. *L* || éo eg. ing. ná. sum | aéque am. *Ribb.* || fronte (-tem) *codd. Gell.* || 27 (Inpuno, inpune *index marg. in* $B^A$) || 27—28 *cf. 167. 19* (*s. v.* rapinator) || 28 rapister *codd. h. l.*: rapinator (*i. e.* rapinátor) *codd. 167* || estque rapister *Mu.* || 29 quasi] quod sit *Mu.* || indefinitum *Mu.* || 30—31 incursionem || 32 aparian *L* || 2—3 indictum: (*corr.* $H^2$) || cum tulo $L^1$ || convenientium *Mu.*: *secl. On.* || 5 prominens *om.* $L^1$ || 6—7 *cf. 188. 14* || 6 sum *L.*

ses barba inmissa et intonso capillo'. — Vergilius Aeneidos lib. III (593):

respicimus: dira inluvies inmissaque barba.

IVSSO pro iussu. Sisenna Historiarum lib. IV (119): 'tamen Tudertibus senati consulto et populi iusso dat civitatem'.

IACTVOSAE positum pro iactantes. Cicero in Oratore (125): 'tum sunt luminosae et quasi iactuosae partes duae'.

INCISIM. Cicero in Oratore (213): 'haec quidem duo binis pedibus incisim; deinde membratim: «tu dicere solebas»'.

INPORTATVM pro inlatum, quomodo exportatum ablatum. Cicero de Oratore *lib. I* (38): 'publicis rebus quae adiumenta per homines eloquentissimos .inportata'. — idem lib. II (53): 'modo enim huc ista sunt inportata'.

INFITIATORES sunt falsi criminis obiectores. Cicero de Oratore lib. I (168): 'non intellegebat, ut, si ille infitiator probasset iudici, ante petitam esse pecuniam quam esset coepta deberi'.

INSIGNITE, cum indicio notae. Cicero de Oratore lib. II (349): 'nec inprobum notari ac vituperari insignite posse'.

INVITIVS, ab eo quod est invitus. Cicero de Oratore lib. II (364): 'quem ego paulo sciebam vel pudentius ||

---

9 Ius. pro iniussu; 11 Iact.—iact.; 13—16 In.—ablatum; 19 Inf.—obi.; 22—24 Ins.—est invitus.

---

7 intonso $F^3$: intonsa $L B^A$ || 7—8 *cf. 330. 5; 125. 27; 373. 15; 362. 32* || 9 pro iussu *ed. a. 1476*: pro iniussu (-so $L^1$) || 10 senati $F^3 B^A$: sati $L^1$ || tussu *L* || 11 Iactuose pos. pro iactanter: *corr. Iun.* (*idem vitium p. 122. 12*) || 11—12 *cf. 132. 19* || 12 cum *codd. h. l.* || s. maxime lum. *codd. 132* (*cum Cic.*) || actuosae *codd. Cic.* || parteduat *L* || 13. 14 Inhisim $L C^A D^A$ (Inhisim simul $F^3$ *mg.*) (Inhisim quasi simul *index marg. in* $B^A$: Inhisim simul *gl.*) || 14 tum || 15—16 exp. pro abl. *Quich.* || 16 lib. I *om.* (*seq.* publ.) || 17 quam *Cic.* || 19 Infinitores $L^1$ || 20—21 illi i. || 21 petiam *L* || 24 (Invitius ab invito *index marg. in* $B^A$ *et* [ab invitio] *gl.*) || 25 inpudentius (imp.): (*corr.* $G^2$).

131 M.

vel invitius, nolo enim dicere de tam suavi homine: fastidiosius'.

INEXTINGVIBILIS. Varro Cato vel de liberis educandis (3): 'mala enim consuetudo, diu inroborata, est inextinguibilis'.

INNVMERALI pro innumerabili. Lucretius lib. II (1086): non esse unica, sed numero magis innumerali.

## INCIPIT PER L LITTERAM.

LATER. Varro *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (96):

Ludón fluens sub Sárdibus flumén tulit
aurúm, later quod cónquadravit régius.

idem Sesqueulixe (474):

. . . ubeí dicuntur bárbari innumerábiles
láteres aureós habuisse.

idem Manio (248):

hic út quadrato látere stipataé strues.

LVTAVI pro lui. Varro *Ἑκατόμβη, περὶ θυσιῶν* (100): 'habes quî et cuius rei causa fecerim hecatomben. in quo ego, ut puto, quoniam est luere solvere, lutavi'.

LVCVNS. Varro Periplu lib. II, *περὶ φιλοσοφίας* (417): 'nulla ambrosia ac nectar; non alium et sardae, set «panis, pemma, lucuns, cibu' qui purissimu' multo est.»'

idem Sciamachia, *περὶ τύφου* (508):
vinum, pemma, lucuns, nihil adiuvat; ista ministrat.

---

3—5 Inext.— innumerab.; 7—16 INC.— lui; 19—21 Luc.— est.

---

4 mala en. *Me.*: male en. || inproborata $F^3 C^A D^A$: inprorata $L B^A$: *corr. Ries.* || 5. 6 Innumera || 6 una se n. || 7 INC. *om.* $D^A$ || 10 *cf. 520. 16* || regius *codd. 520*: relio $L^1$: religio $B^A C^A D^A$ || 11—12 sexque ubi (*om.* ulixe) $L^1 C^A D^A$ || 12 edicuntur $C^A D^A$: educantur $L B^A$ || barbati: *corr. Iun.* || 16 Latavi $C^A D^A$ || 20 ambracia || nector || 21 lucans $L^1$: culans $C^A D^A$ || 23 remma: *corr. Iun.* || istam instrat: *corr. Iun.*: ista ministrans *Oehler.*

Afranius Fratriis (161):

"pistóri nubat." — "cúr non scribilitário,
ut míttat fratris fílio lucuéntulos?"

LONGVRIO, id est longus. Varro Triphallo, περὶ ἀρρενότητος (562): 'ego nihil Varro video: ita hic obscurat, qui ante me est, nescio qui longurio'.

LOTIOLENTE dictum veluti lutulente, a lotio. Titinius Varo (137):

"lótiolente!" — "flócci fiet." — † "cúlar || cultor!"

LENITVDINE pro lenitate. Turpilius Philopatro (189):

míra lenitúdine
ac suávitate abúndat.

Cicero Tusculanarum lib. V (46 = Pacuv. Niptr. 247):

'«lénitudo orátionis, móllitudo córporis.»

ea si bona ducemus, quid erit in philosophi gravitate?' — et in Verrem (II, IV, 136?): 'quanta me tua non modo lenitudo'.

LAETITVDINE pro laetitia. Accius Alcmeone (60):

út me depositum ínmerentem répentino alacrem núntio
réddidisti atque éxcitasti ex lúctu in laetitúdinem!

idem Bacchis (259):

quanta ín venando afféctust laetitúdine!

---

27 Long.—long.; 2 Len. p. len.; 9 Laet. p. laetitia.

---

25 novat: (*corr. G mg.*) || scribitario *L* || 26 lucuentulus $F^3$ (*cf. Arch. Lat. Lex. XI, 332*): luculentulus $B^A$: liculentulentulus *L* || 28 Varro] vero *Lambecius ad Gell. II, 15* (*idem error 162. 14*): *del. Duentzer.* || video *Lambecius*: ideo || obscurat *Lambecius, Roth.*: curat || 1 fiet $F^3$: fiet et $LB^A$ || culi c. *Neukirch.*: cultor culorum *On.*: circulator *Iun.* || 2—8 *fort. post 13 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 48*) || 5 IIII || 7 sibi b. || ducens: duces *Mu.* || 9 Lenitudine $L^1$ || Laetitudinem pro laetitiam (?) *Mu.* || 10 repositum: *corr. Palmerius* || nunt al.: *transp. Bue.* || 11 atque exc. *Me.*: adive hesitastis || 13 affectio est: *corr. Voss.*

LARGITAS pro largitione. Turpilius Paraterusa (171):

eho díc mihi, an oblita, óbsecro, es eius crébras mansiónes
ad amícam, sumpti lárgitatem?

M. Tullius de Republica lib. III (40): 'Pyrrhi videlicet largitas † acos aut Samnitium copiae Curio defuerunt'.

LVMINOSVM positum pro claro. Cicero in Oratore (125): 'tum sunt maxime luminosae et quasi iactuosae partes duae'.

LAXITAS. Sallustius Historiarum lib. IV (76): 'simul eos et cunctos iam inclinatos laxitate loci plures cohortes atque omnes, ut in secunda re, pariter acres invadunt'. — M. Tullius de Officiis lib. I (139): 'et admittenda hominum cuiusque modi multitudo, adhibenda cura est laxitatis'.

LAMENTAS pro lamentationes. Pacuvius Hermiona (175):

laméntas, fletus fácere conpendí licet.

LAETARE, et LAETISCERE, laetificare. Livius Aegistho (7):

iamne óculos specie laétavisti optábili?

Accius Pelopidis (513):

et te ut tríplici laetarém || bono.

Sisenna lib. IV (123): 'utrumne divi cultu erga se mortalium laetiscant an superna agentes humana neglegant'.

---

14 Larg. p. larg.; 19 Lum.—claro; 21—23 Lax.—invadunt; 26 Lam. p. lam.; 28—30 Laetare—optabili.

---

**17—18** videlicet *Lambin.*: videt || **18** l. Fabricio *Iun.* || copia: *corr. Mai.* || **19—20** *cf. 130. 11. fort. secludend.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 48*) || **20** lactuose *L*: actuosae *codd. Cic.* (*cum* $G^1$ -se) || **22** eos * * * et *Mu.* || cuneos (?) *Mu.* || laxitate *Me.*: laxitas et || **23** in *om.* $C^A$ $D^A$ || acre: *corr. Me.* || **24—25** *cf. 340. 15* || **25** cuius m. *L* || **26—27** *fort. post 20 collocand.* (*cf.* '*Non. Marc.*' *p. 49*) || **26** -tione $C^A$ $D^A$ || **28** et laetisc. *secl. On.* || laetificare et laetificari *Quich.*: *fort.* l. l. || **29—30** *cf. 386. 28* (*s. v.* species) || **30** letauisto $L^1$ || **2** divi *Iun.*: viri || **3** supernae egentes: *corr. Ald.*

LITTEROSVS, litteratus. Cassius Hemina Annalium lib. III (28): 'homo mere litterosus'.

LATIBVLET et LATIBVLETVR pro lateat. Laevius Erotopaegnio[n] (24):

nocte ut opertus amictu latibuletur.

Publilius Putatoribus (2):

progrédere et nequis látibuletur pérspice.

LVPARI, ut scortari vel prostitui. Atta Aquis Caldis (3):

cum meretrície
nóstro ornatu pér vias lupántur.

Lucilius lib. V (37):

et divos ture precemur,
consilium fassi, placeatne inpune luperis.

LVSVS vel LVSIO, qui ab omnibus ludus dicitur. Varro Marcipore (279): 'utri magis sunt pueri? hi pusilli nigri, qui expectant nundinam, ut magister dimittat lusum?' — idem Cato vel de liberis educandis (30): 'ab huiuscemodi lusionibus radices crudelitas agere solet'.

LABORIOSVM, in quo laboretur. Calvus Poematis (2):

dúrum rús fugit ét labóriósum.

---

4 Litt. litt.; 6 Latibulet—lateat; 11—13 Lup.—lupantur; 17 Lusus—dic.; 21 Lab.—laboretur.

---

4 Litteratus litteratus $C^A$ $D^A$ || 5 mire *Madvig. Adv. II, 657* || 6 Laevius *Me.*: nevius || 8 latibulet *ed. Bas. falso tribuit Iunio* || 9 publili liputatoribus: *corr. ed. a. 1476, Iun.* || 10 praegr. *Quich.* || (prospice $P^1$) || 12 c. meretrice e $B^A$: c. meretricae $L^1$: c. meretrice $C^A$ $D^A$: *corr. Bue.*: commeretrices hae *Havet.* (*Rev. Philol. XV, 75*) || 13 lup. n. o. p. v. *Bue.* || 16 placeatne *Mu.*: placent tune: placeat tu *Iun.* || luperis *Scal.*: superbis || 17 ab nibus $L^1$: ab nobis *Mu.* || 17—19 *cf. 214. 22* (*s. v.* nundinae gen. fem.) || 19 spectant *codd. h. l.* || nundina $B^A$: nundinas *codd. 214* || 19—20 *cf. 211. 20* || 21 C. Calvus *Gell. IX, 12. 10*: gallus || 22 fugit et *cod. N. Fabri*: fugite: fugiet (fugi sed) *codd. Gell.*: *fort.* fugitet.

LVTESCIT honeste dictum. *Furius* poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis (1):

sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit.

LIBELLIONEM, ut tabellionem. Varro Manio (256): 'tum ad me fuerunt, quod libellionem esse sciebant'.

LIMVM, obtortum. Varro Manio (260): 'altus alieno *sumptu neque post respiciens neque ante prospi*ciens, sed limus intra limites culinae'.

LACESSERE positum provocare. Cicero in Oratore (62): 'et Aristoteles Isocraten lacessivit et Xenophontis || voce Musas quasi locutas ferunt'. — et Tusculanarum lib. V (121): 'inpulsi sumus ad philosophiae scriptiones, verum etiam lacessiti'.

LENTITVDINEM, pro lenitate, Cicero Tusculanarum lib. IV (43): 'eamque, quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant'.

LEAE pro leaenae. Lucretius lib. V (1318):

inritata leae iaciebant corpora saltu.

LIGELLVM, tuguriolum, domicilium breve. Plautus Aulularia (301):

suó ligello fúmus siqua exít foras.

---

23—31 Lut.—provocare; 4 Len. p. len.; 7 Leae p. leaenae; 9 Lig.—breve.

---

23 Lutescet || Furius p. *scripsi* (*ut 145. 9; 148. 15; 188. 5; cf. Gell. XVIII, 11*): in p.: a Furio in p. *Quich.* || poma ista etsi $L^1$ || 26 Libellonem: (*corr.* $F^2$) || utabellionem $L^1$ || 27 ferunt *Popma* || 28—30 *cf. 442. 33* (*s. v.* prospicere et respicere); *237. 16* (*s. v.* altum ab alimento dictum) || 29 sumptu — ante *om. codd. h. l.* (*uno versu praetermisso a scriba archetypi*) || prospiciens *codd. 442*: sciens *codd. h. l.* (*pro* ciens) || 32 et aristote et aristoteles $L^1$ || Is. ipsum *codd. Cic.*: socraten || 2 non modo i. *Cic.* || 2—3 *cf. 174. 21* || 2 -onem *codd. h. l.* || 4 Lenitudinem $L\ C^A$ *ut vid.* (*cum Oxon.*): Lenitudine $B^A\ D^A$ *ut vid.* (*cum Paris. 7666*): *corr. Bentin.* || 5 qua lenitate $L$ || 6 letinitudinis $L^1$: lenitudinis $B^A$ || 10 de suo *codd. Pl.*: tuo: a suo (*praec.* -a) *Mu.* || fuisti qua exis.

194 M.

LICITARI, congredi, pugnare. Ennius (Ann. 64):

pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur.

Caecilius Hymnide (68):

"quae
narráre inepti est ád scutras fervéntis." — "quin machaéra
licitári adversum ahénum coepistí sciens?"

LONGISCERE, longum fieri vel frangi. Ennius lib. XVII (491):

neque corpora firma
longiscunt quicquam.

idem (Ann. 493):

cum sola est, eadem facient longiscere longe.

LIGVRRIRE, degustare: unde abligurrire, multa avide consumere. Horatius (Sat. I, 3, 81):

semessos pisces tepidumque ligurrierat ius.

Catullus (fr. III):

Priapo de meo ligurrire libido est.

LATROCINARI, militare mercede. Plautus Cornicula[ria] (63):

. . . latrócinatus ánnos decem Demétrio.

qui aput regem in latrocinio fuisti, stipendium acceptitasti. — Ennius (Ann. 529):

---

11 Lic.—pugn.; 18 Long.—frangi; 24—25 Lig.—cons.; 29—34 Latr.—memorare.

---

16 ad *add. Ribb.* || 17 licitaria (*seq.* a) || aeneum || 18. 21. 23 Lang. *Hugius* || 18 langidum fieri vel frangi *Hugius* || 23 soles *Vahlen.* || 24 ablig. *Iun.*: adlig. *L*[1]: allig. *B*[A]: lig. *C*[A] *D*[A] || 26 epidum *L* || tius *B*[A] (*praec.* t) || 28 c. priopo de: C., o Priape de *Mu.*: C. Priapeo, de *Lachm.* || mero *Mu.* || 29 militari *C*[A] *D*[A] || 30 qui regì latrocinatu's *codd. Varr. L. L. VII, 52* || d. a. Demetrio *Varr.*: a. X mercedem in tiberio: a. d. regi Demetrio *On.*: a. d. [mercedem]. Cato in Tiberium *Mu.*

fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare.

LAVERNA, dea cui supplicant fures. Plautus Cornicula[ria] (66):

míhi Laverna in fúrtis celebrassít manus!

Lucilius lib. XVII (12):

si messes † facis ‖ Musas, si vendi' Lavernae.

LVCVLENTITATEM, a luculento. Caecilius Hymnide (71):

. vide luculéntitatem eíus et magnificéntiam!

Laberius Tusca (90):

dominus nostér tua
lúculentitáte captus.

LVSTRATVS, luxuriosus: a lustris, abditis locis. Plautus Casina (245):

únde es, nihili? úbi lustretur? úbi bibatur?

LVSCIOSI, qui ad lucernam non vident et *μύωπες* vocantur a Graecis. Varro Disciplinarum lib. VIII: 'vesperi non videre, quos appellant lusciosos'. — idem Andabatis (29):

edepol, idem caecus, non lusciosus est (cf. Plaut. Mil. 322).

---

29—34 Latr.—mem.; 2 Luc. a luculento; 7 Lustr.—locis; 9—10 Lusc.—Graecis.

---

**33** suas *Me.*: quas ‖ **34** memorare] rare *L* ‖ **35** lavernaea cui (*null. nov. lemm.*): (*corr.* $L^2$) ‖ **36** m. L. *Scal.*: militaveram nam ‖ celerassit *L* ‖ manius: *corr. Ald.* ‖ **1** si semissi' (*Dousa*) f. M. *On.*: sem. f. tu M. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*) ‖ **2** Luculentatem *DA* ‖ **3** luculentitem $L^1$ ‖ **6** captust (?) *Mu.* ‖ **8** his (*i. e.* is) nihili *codd. Pl.*: es nihil ‖ ubi fuisti (vivisti) ubi lustratu's ubi bibisti *codd. Pl.* ‖ ibi b. ‖ **9** Luscitiosi (*hic et infra*) *Lindemann.* ‖ **9—10** vocentur ‖ **11** vident *v. d. ap. Quich.* ‖ **11—12** idem And. * * * idem 'edepol tú quidem | caécus non luscítiosu's' *Mu.*

LEMVRES, larvae nocturnae et terrificationes imaginum et bestiarum. Varro de Vita Populi Romani lib. I: 'quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu ac dicunt se Lemurios domo extra ianuam eicere'.

## INCIPIT PER M LITTERAM.

MOLLITVDINEM pro mollitie. Varro Papia Papae, περὶ ἐγκωμίων (371):

sigílla, in mento inpréssa Amoris dígitulo,
vestígio demónstrant mollitúdinem.

Cicero de Oratore lib. III (99): 'in ipso tactu modum et mollitudinis et levitatis'.

MIRIVS, magis mirum. Varro Γνῶθι Σεαυτόν (206):

non súbsilis ac plaúdis et ab Aráto posces ástricam
corónam? quid enim hoc mírius?

MANDARE positum pro conmendare. Sisenna Historiae lib. III (34): 'post principia paulatim recedunt atque inde cum paucis fugae se mandant'. — unde et procurationem mandare, commendare, vel causam || sentire poteris.

MACRITVDINEM, pro macie, Plautus Captivis (135):

ossa átque pellis súm miser macritúdine.

MVSTVM non solum vinum, verum novellum quidquid est, recte dicitur. Naevius Gymnastico (53):

---

13—18 Lemures—pro mollitie; 24 Mirius magis mirum; 27 Mand.—comm.; 2 Macr. p. mac.; 4—5 Must.—dicitur.

---

16 lemures *ed. princ.* || elicere *Mu.* || 17 INC. *om.* $D^A$ || 18 -tiem *Mu.* || 20 sigilla *Bentin.*: sulla (*pro* siilla) || 21 demonstrat: *corr. Iun.* || 22 m. tullius cicero *L* (*del.* $F^3$) (Cic. *ex archetypo exciderat*) || VI *L* || 22—23 t. esse m. *codd. Cic.*: factu m. || 24—26 (cor.) *cf. 374. 12* (*s. v.* poscere) || 25 non *om. L* || poscis *Me.* || 26 oronum *codd. h. l.* || 28 tricipia: *corr. Bentin.* || 30 comm. *secl. Quich.* || 30—1 c. dictum s. *Mu.* || 2 -dine *Quich.* || 3 pellisum || misera *codd. Pl.*

136 M.

“. utrum est melius, vírginemne an víduam uxorem dúcere?” —
“vírginem, si músta est.”

MAXIMITAS positum pro magnitudine. Lucretius lib. II (498):

ne quaedam cogas inmani maximitate.

MVLTESIMA pars nove posita, quantitas infinita. Lucretius lib. VI (651):

quam parvula pars et quam multesima constet.

MISERITVDINEM, pro misericordia, Accius Astyanacte (185):

Tróia est testis: quaére ex aliis, qui íllius miseritúdine
nómen clarum in húmili saxo múltis memorant vócibus.

idem Alphesiboea (79):

cum ípsa sim ita, míseritudo meórum nulla est líberûm.

MAESTITVDO pro maestitia. Accius Telepho (613):

. . . . quém ego ubi aspexí, virum memorábilem
íntui vidérer, ni vestítus taeter, maéstitudo,
vástitudo praédicarent hóminem esse.

Plautus Aulularia (732):

cuí tanta mala maéstitudoque óptigit.

MAGNITATE pro magnitudine. Accius Bacchis (247):

. . nam neque sat fíngi neque dicí potest
pro mágnitate.

---

8 Max.—magn.; 10 Mult.—inf.; 13 Mis.—misericordia; 18 Maest. p. maest.; 24 Magn. p. magnitudine.

---

6 ne—uxorem *om.* *L* || 9 nequae (-que) adam || 12 quam sit p. p. *Lucr.* || constat *L* || 13 pro miseria cordia (*ex* prdia) $L^1$: pro miseria vel misericordia $B^A$ (Miseritudine, miseria *gl.*) || 14 -dinem: *corr. ed. a. 1476* || 15 tumuli *Duentzer.* || vorsibus (?) *Mu. in append.* || 17 simeta: *corr. Bue.*: simitu *Both.* || eorum: *corr. Voss.* || ulla: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$) || 19 virum $\Sigma$: vir || 23 qui || 25 nam quae: *corr. Quich.*: neque *ed. a. 1480* || ne dici *L.*

MACELLVM dictum pro macilentum Lucilius probat lib. VI (11):

si nosti, non magnus homo est, nasutu', macellus.

MACORE pro macie. Pacuvius Periboea (274): ||

. . corpusque meúm tali
maeróre, errore, macóre senet.

Varro Serrano, περὶ ἀρχαιρεσιῶν (453): 'noster Atticus rivalis, homo item lectus in curiam «cúm macescebát»'.

MATRESCAM, matris similis fiam. Pacuvius Duloreste (138):

útinam nunc matréscam ingenio, ut meúm patrem ulciscí
queam!

MVNIA, officia. Sallustius Historiae lib. III (95): 'ac tum maxime, uti solet in extremis rebus, sibi quisque carissimum domi recordari cunctique omnium ordinum *munia* extrema sequi'. Plautus Mercatore (105):

dicéns pro meritis grátum me et muném fore.

METARI, partire, unde et metatores. Vergilius Georgicorum lib. II (274):

si pinguis agros metabere campi,
densa sere.

Caelius Annali lib. VI (41): 'omnes simul terram cum classi accedunt, navibus atque scaphis egrediuntur, castra metati signa statuunt'. — unde hodieque metatores dicimus.

27 Mac.—mac.; 29 Mac. p. mac.; 5 Matr.—fiam; 7 Mun. off.; 12 Met.—metatores.

27 *fort.* Sat. lib. || 28 h. e. n. *om.* *L* || 2 error *L*: aegrore *Lachm. comm. Lucr. p. 416* || 3 attius $F^3$ (accius $F^1$): Axius *Mu.* || 4 ruralis *Popma* || in c. l. *Mu.* (*troch. scaz.*) || commac. *Iun.*: cura m. *Ries.* || 5 oreste $F^3 L^1$: duloreste $B^A$ || 9 recordavi: *corr. ed. a. 1480* || 10 munia (*add. Iun.*) strenue exsequi (*Dietsch.*) *Mu.* || 11 dico eius p. *Pl.* || 12 Metare: *corr. ed. a. 1476* || parare: *corr. Mu* || 15 (i. d. *add. F*, *i. e.* in denso) || 17 scaptis $L^1$.

MAMMEATAM, mammosam. Plautus in Poenulo (393):

cúius amicam mámmeatam.

MVSIMONES, asini, muli aut equi breves. Lucilius lib. VI (15):

pretium emit, qui vendit equum musimonem.

Cato de † Letorio (18, 11): 'asinum aut musimonem aut arietem'.

MAESTAS pro maestificas. Laberius Tusca (91):

cóncitatam móbilitata ménte maestas.

MICTILIS, paupercula pulmentaria. Lucilius lib. XX (3):

pulmentaria ut intibus aut aliqua id genus herba
et ius maenarum bene habet, sed mictilis haec est.

MAESTARET pro maerentem faceret. Accius Myrmidonibus (13):

quódsi, ut decuit, stáres || mecum aút meu' maestarét dolor,
iám diu inflammári Atridae návis vidissént suas.

MADORE. Sallustius Historiae lib. IV (16): 'quasi par in oppido festinatio; et ingens terror erat, ne ex latere nova munimenta madore infirmarentur; nam omnia oppidi stagnabant redundantibus cluacis adverso aestu maris'.

---

19 Mamm. mamm.; 21 Mus.—brev.; 24 Maest. p. maest.; 26 Mict.—pulm.; 29 Mestaret—fac.; 3—7 Mad.—pro merc.

---

20 huius amica mammeata *Pl.* || 22 pr. e.] huius e. pr. *Marx.* (*Zeitschr. oest. Gymn. XLIX, 1091*): praedium e. *Dousa* || 23 L. Vetorio *Iordan.*: L. Turio *Maians.* || 24 mestifices (-titices $L^1$) || 25 concitatam $F^3$ $B^A$: concitata (*ex* -taa) *L* || mobilitata $F^3$ (*ex* -tam?) $B^A$: *om.* *L* || 26. 28 Mictyris (My-, -ti-): (*corr. ind. marg. in* $B^A$) || 26 pulm. *secl. Mu.* || 26—27 *cf. 209. 3* (*s. v.* intiba masc.) || 27 utentibus *codd. h. l.* || aliquod g. *codd. h. l.*: aliqua et id g. *codd. 209* || 28 sed *Scal.*: se: sei *Mu.* || 29 Mestaret $F^3$ (*cum Bamb.*): meriarat $L^1$: meri Mertaret $B^A$: Mertaret $C^A$ *ut vid.* $D^A$ || 1 quod sicut: *corr. Gifanius* || histares (ist.) || meus te m. *Me.* || mertaret || 2 atre $F^3$: etre *L* $B^A$: *corr. Me.*: tetre *Both.* || 3 (Madore infusione $F^3$ *mg.*) || -riarum *edd.* || III *ed. princ.* || quas $C^A$ $D^A$ || 5 am $L^1$ || 6 reduntibus $L^1$.

MERCATIS pro mercantibus. Sallustius Historiarum lib. V (9): 'ceteri negotia sequebantur familiaria legatorum aut tribunorum, et pars sua conmeantibus mercatis'.

MACERIES. Afranius Excepto (149):

. . si ille haec nunc séntit, facere illí satis
vis, quánta illius mórs sit maceriés tibi!

MANVBIAS, manus exuvias. Naevius Danae (11):

manubias. súbpetat
pró me.

MVTVVM pro mutuo. Lucilius lib. XXVII (44):

étsi maxime, íd quod spero, mútuum hoc mecúm facis.

MORDICVS. lib. XXVI Lucilius (77):

mórdicus petere aúrum ex flamma expédiat, e caenó cibum.

Plautus Menaechmis (195):

. . . iamdúdum oportuit násum ademptum mórdicus.

MONSTRIFICABILE. Lucilius lib. XXVI (50):

. . nunc ignóbilitas his mírum ac mostrificábile.

MENDICARIER pro mendicare et MENDICABVLVM pro mendicatione. Plautus Vidularia (fr. xv):

malím moriri meós quam mendicárier:
boní miserantur íllum, hunc inridént mali.

idem Aulularia (703):

memoráre nolo hóminum mendicábula.

---

3—7 Mad.—pro merc.; 10—13 Mac.—exub.; 16 Mut. p. mut.; 18—19 Mord.—e cenobum; 24—25 Mendicarier—mendicatione.

---

7 mercatibus *BA* || 8 citeri: (*corr. G.*) || 9 conmeatibus: *corr. On.* || 10 Maceria est: (*corr. F*[2]) || 13 exubiae: *corr. Quich.* || 17 id *F*[3]: *om. rell.* || 18 (lucilius lib. XXVI *E*) || 19 ex *Iun.* (ec *Mu.*): et (e *H*[2]) || ecenobum *CA DA* || 21 adeptum (-empt- *E*[1]): abreptum *codd. Pl.* || 22 *null. lemm. in L* || 23 mortif. || 24 Mendicaries *L CA*: -res *DA* || 26 malum *L*[1] || mendicarier *F*[3] *BA*: -care *L*.

MERTARET, mergeret. Accius Antenoridis (122):

fortásse an sit quod híc non mertarét metus. ||

idem Deiphobo (133):

vel hic quí me aperte effrénata inpudéntia
praeséntem praesens díctis mertare ínstitit.

MVGINARI, murmurare. Lucilius lib. VII (25):

muginamur, molimur, subducimur.

Atta Aquis Caldis (4):

. . atque ita múginantur hódie; átque ego occlúsero fóntem.

MEDVLLITVS, a medullis. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (77):

. átque ut igni férvido medúllitus
aquilóniam intus éruat frigédinem.

Plautus Truculento (439):

osténdit sese iám mihi medúllitus,
ínfidelem númquam, dum vivám, fore.

Ennius Satyrarum lib. III (7):

Enní poeta, sálve, qui mortálibus
versús propinas flámmeos medúllitus.

---

30 Mert. merg.; 4 Mug. murm.; 9 Med. a. medullis.

---

**30** Meditaret meretret $L^1$ || **31** quos $B^A$ || non] nos *Lips.* || sint quos hic non *Pius* || mertet: *corr. Iun.* || **2** mea parte: *corr. Roth.* || **4—5** *cf. 346. 15* (*s. v.* moliri, retinere, morari ac repigrare) || **5** molimus *codd. h. l.* || **7** ita *Iun.*: eia || aquae ita *Quich.* || atqui ego *Ribb.* || oculsero: *corr. Both.* || **8** fonteme *L* (*seq.* Me) || font. occl. *Both.*: fore me occl. *Fr. Dousa* || **9—11** *cf. 206. 21* (*s. v.* frigus fem.) || **11** seruat (*praec.* s) *codd. utrobique*: *corr. Bue.* || **13** ostendisse sciam mihi: ostendit mihi iam sese *codd. Pl.*: *corr. Me.* || **13—14** se mihi inf. n. ne vivat f. *codd. Pl.* || **15—17** *cf. 33. 7* (*s. v.* propinare) || **17** -itos $L^1$.

MERITISSIMO. Turpilius Paraterusa (169):
meritíssimo te mágni facio.

Caecilius Asoto (15):
meritíssimo hic me eiécit ex hac décuria.

MINITABILITER pro minaciter. Accius in Aeneadis (10):
Caleti vocé canora,
fremitú peragrant minitábiliter.

Pacuvius in Antiopa (15):
mínitabiliterque íncrepare díctis saevis íncipit.

MORSICATIM. Sueius Pullis (fr. I):
síc incedunt ét [in] labellis mórsicatim lúsitant.

MVTATILITER, a mutando. Varro Cras Credo, Hodie Nihil (78):
quíbus instabilis ánimus ardens mútatiliter hávet habere, et nón habere.

MORDICIBVS et MORDICVS pro morsu, pro morsibus. Plautus Aulularia (234):
ásini me mordícibus scindant, bóves incursent córnibus.

Cicero Academicorum lib. III (II, 51): 'perspicuitatem, quam mordicus || tenere debemus, abesse dicamus'.

MAEANDER est picturae genus, adsimili opere labyrinthorum, claviculis inligatum. Varro *Ταφῇ Μενίππου* (534):

---

18—22 Mer.—minaciter; 27—29 Morsicatim—a mutando; 32 Mordicibus—morsibus; 2—3 Mae.—inligatum.

---

**19** magnificio *L* $C^A$ $D^A$ || **21** eicit $L^1$ || **23** calleti: *correxi* (*Class. Rev. V, 11*) || **26** minitabiter quae *L*: minitabiliter quae $B^A$ || dicitis *L* || secuis $L^1$ || **27** Sueius *Mu.*: suis || **28** in *del. Both.* || **29** Mutabiliter $C^A$ $D^A$ || **29—31** *cf. 112. 9* || **32** pro morsibus *secl. Mu.*: pro *del. Quich.* || (Mordicibus, morsicicus *index marg. in* $B^A$ *et* [-sicius] *gl.*) || **34** asinis *L* || scidant *L* || **1** dicemus *Cic.* || **2—3** labyrinthorum $F^3$: libarinthortum $L^1$: labyrinthorum ortum (hort.) $B^A$.

140 M.

'*περιεχοντάρια* mihi facies maeandrata et vinculata atque etiam adeo indes orbem terrae'. — Vergilius lib. V (250):

victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit.

MANSVM, mandendum aut mansatum. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (200):

dein céreali fructu út siccum
pareret mansum, quo vénarum
sanguíne rivos conpléret.

Lucilius lib. XXX (108):

sperans aetatem eadem *me*
haec proferre potesse et mansum ex ore daturum.

MVLIERAVIT, ut effeminavit. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (205):

et rex
ét misellus ílle pauper ámat habetque ignem íntus acrem.
híc ephebum múlieravit; híc ad moechada ádulescentem
cúbiculum pudóris primus pólluit.

MEMORDI, PEPOSCI, PEPVGI, SPEPONDI in veteribus lecta sunt. Atta in Conciliatrice (6):

ursum sé memordisse aútumat.

---

8 Mans.—mans.; 15 Mul. ut eff.; 20—21 Mem.—sunt.

---

4 *περιεχονταριαν*: *corr. Roeper.*: *περιέχοντα χωρία Mu.* || vermiculata *ed. princ.*: virgulata *Ribb.* || 4—5 atque in medio *Mu. post Vahlen.* || 5 inges: *corr. On.*: pinges *Roth.*: iunges *Quich.* || I || 8 (Mansum a mandendo *gl.*) || ut *Quich.* || 9 certe ali $F^3 L^1$: certe alii $B^A$: *corr. On.*: certo (*Hermann. El. d. m. 388*) alvi *Bue.* || fluctu: *corr. Ries.* || sicum: *corr. Hermann.*: sucum *Bue.* || 13 eandem: (*corr. P*) || me *add. Quich.* || 14 proferre $F^3$: proferro $L B^A$ || posset et m. $F^3$: posset m. $L B^A$: *corr. Gulielm.* || 18 efebitum (eff.): *corr. Cauch.* || adul. $F^3 B^A$: aducentem *L* || 19 pollut $L^1$ || 20 posci pugis pondii $L^1$ || spopondi $C^A D^A$ || 21 Atta Conciliatrice *Gell. VI, 9*: accius honilia atricae (-ce).

Laberius in Gallis (49):

. . . de integró patrimonió meo centum mília
nummúm memordi.

Ennius (Sat. 20):

. nón est: ut si mé canis memórderit.

cetera in obscurioribus invenimus.

METVS nove et eleganter positum. Sallustius Historiarum lib. I (53): 'id bellum excitabat metus Pompei victoris'; hoc est, quod de Pompeio metueretur.

MENDICIMONIVM et MOECHIMONIVM Laberius in libro quem Cophinum (fr. II) inscripsit. in eo verba haec inveniet, qui doctrinae studium putaverit || adhibendum. in eo quoque libro (fr. II) manuatus, quod est furatus, invenire *est*.

MEDIOXIMVM, medie acutum modo. Varro Modio (320):

quid áliud est quod Délphice canát columna lítteris
suís: ἄγαν μηθέν, † iudam nos fácere mortalem ád modum,
medióxime, ut quondám patres nostrí loquebantúr . .?

MASCVLVM pro forti ac vehementi. Varro Ὄνος λύρας (369): 'si non plus testiculorum offenderis quam in castrato pecore in Apulia, vincor non esse masculum ad rem'.

---

29 Met.—pos.; 32—3 Mend.—med. acutum; 7 Masc—veh.

---

23 gallis *codd. Gell.*: callis || 26 Enn. in Saturis *Gell.* || 27 meum n. e. *Gell.* || ac si *codd. Gell.* || 30 id $F^3 B^A$ (*cum codd. Gell. IX, 12. 13*): ad *L* || 30—31 pompeiusctoris *L* || 32 Medimonium $C^A D^A$ || moechimonium *codd. Gell. XVI, 7*: moccimonium || 33 cophinum *codd. Gell.*: cropium (gro. $L^1$) || vebba *L* || inveniret *L* $C^A D^A$: inveniet $B^A$ *ut vid.* (-niet *G*, -niat $H^2$): (-nerit $H^1$) || 2 manuatus *codd. Gell.*: maustus || est *add. Mu.* || 3 medioximim $L^1$ (*null. lemm.*) || medie $F^3 C^A D^A$: medio $L B^A$: mediocre *Quich.* || aut cum *Mu.* || modo *om.* $\Sigma$ || 4 cantat *Bue.* || 5 sanctis *On.*: sculptis *Mu.* || iubens *Bergk. ap. Meinek.*: ni viam *Palmerius* || adit mortalem $B^A$: adiz mortalem *L* (*in ras.?*) (z *in marg. etiam* $F^3$): mortalem ad *Mu. in archetypo signum illud* z *indicavit transponenda esse verba* || 6 quandam *L* || 7 ac ac *L* || 8 sin p. *Ribb.*: si (*del.* non) p. *Mu.* || 9 desse *Mu.*

MANCVM, debilem. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib. III (30): 'sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putaverunt sine aliqua accessione virtutem'.

MINVTVM positum pro brevi. Varro Epistula Latina: 'si venisses Capuam, quod et pueros minutos vides libenter et maioris animadvertere non vis'. — M. Tullius Verrinarum lib. III (II, v, 27): 'reticulumque ad naris admovebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosae'.

MACERIAE. Sisenna Historiarum lib. III (24): 'post villarum macerias ac parietinas quinque cohortis in insidiis reliquit'.

MANIPVLATIM, conlecta manu. Sisenna Historiarum lib. III (31): 'requiescendi spatium nacti, cum densiores manipulatim resistere hostibus instituissent'.

MVLTIFARIAM, partibus multis. Sisenna Historiarum lib. III (18): 'quod loca palustriaque erant et alte multifariam confossa'.

MARSVPPIVM, sacculum. Varro Cato vel de liberis educandis (2): 'ex quo perspicuum est maiorem || curam habere nos marsuppii quam vitae nostrae'.

MOLIMENTVM pro conatu. Sisenna Historiarum lib. IV (72): 'Galli contra magno cum molimento ac perpetuo sonu procedunt'.

MODIMPERATORES, quasi modum imperantes. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'in conviviis qui sunt instituti potandi modimperatores magistri'.

---

10 Manc. debilem; 13 Min.—brevi; 18—20 Mac.—manus; 23 Mult. p. multis; 25 Mars. sac.; 2 Mol. p. con.; 5 Mod.—imp.

---

**13—14** Epistulis Latinis, veni sis *Mu.* || **14** venissis $L^1$ || **15** maforis *L* || **15—17** *cf. 221. 34; 350. 13; 411. 27* || **20** manus (*seq.* s) || **21** condensiores: *corr. Me.*: cum densi in orbes *Palmerius* || **22** inetituissent $L^1$ || **24** arte *Mu.* || **26** et quo: (*corr.* $H^3$ *ut vid.*) || **3** galli $F^3$: *om.* $LB^A$ || **4** sona: *corr. Roth.* || **5. 7** Modiperatores: *corr. Popma* || **7** putendi: *corr. Me.* || matristri *L* || mag. mod. (?) *Mu.*: mag. *secl.* (?) *Quich.*

MAGNILOQVENTIA. Cicero in Oratore (191): 'quod ille dactylicus numerus hexametrorum magniloquentiae sit accommodatior'.

MINISTRATRIX positum pro ministra. Cicero de Oratore (I, 75): 'sed omnes comites ministratricesque esse oratoris diceres'.

MALE AVDIAM. Cicero de Oratore lib. II (305): 'in quo ego, non quo libenter male audiam, sed quia causam non libenter remitto, nimium patiens et lentus existimor'.

MVLTITVDO positum pro frequentia aut copia. Cicero de Oratore lib. III (73): 'sed ut pontifices veteres propter sacrorum multitudinem tres viros epulones esse voluerunt'. — in eodem (III, 71): 'hunc etiam, qui familiarior nobis propter scriptorum multitudinem est'.

MVLIEROSITAS, cupiditas femineae voluptatis. Cicero Tusculanarum lib. IV (25): 'similiterque ceteri morbi, ut gloriae cupiditas, ut mulierositas, ut ita appellem eam quae graece *φιλογυνία* dicitur'.

MEMORIA positum pro vetustate. Pacuvius Chryse (109):

perque nóstram egregiam unánimitatem, quám memoria
déiugat.

MVRMVRILLVM, murmuratio. Plautus || Rudente (1404):

. . nolo ego múrmurillum néque susurrum fíeri.

idem (inc. 57):

quid múrmurillas técum et te discrúcias? . . . . .

---

8—10 Magn.—ministra; 12—15 Male—cop.; 19 Mul.—vol.; 23 Mem.—vet.; 25 Murm. murmuratio.

---

9 dactilus || **10—11** de Or. lib. I (?) *Mu.* || **11** sed ut o. *codd. Cic.* || esse de or. || **16** sacrorum $F^3$: sacorum $L^1$: saccorum $B^A$: sacrificiorum *codd. Cic.* || vero (*pro* veros) || **17** idem in eod. *Mu.* || **21** cupitas $L^1$ || ea *L* || **23** Memoriam || **23—24** *cf. 101. 26* (*s. v.* deiugare) || **24** defugat *L.*

143 M.

MEDIASTRINOS, non balnearum, sed ministros et curatores aedium legimus. Lucilius lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum.

Cato in Praeceptis ad Filium (7): 'illi imperator tu, ille ceteris mediastrinus'.

## INCIPIT PER N LITTERAM.

NVPERVM pro recenti positum, ab eo quod est nuper, id est ante non multum temporis. Plautus Captivis (718):

quid? tu úna nocte póstulavisti ét die
recéns captum hominem, núperum, novícium?

NEMINIS positum pro nullius. Plautus Captivis (764):

néminis
me miseret; nam mei miseret neminem.

Lucilius lib. XXX (109):

neminis ingenium tantum confidere oportet.

NOXITVDO pro noxia. Accius Armorum Iudicio (162):

† ocule nóxitudo oblítteretur Pélopidum
ac pér nos sanctescát genus.

NVBERE veteres non solum mulieres, sed etiam viros dicebant, ita ut nunc Itali dicunt. Pomponius Pannuceatis (87):

---

4—5 Med.—leg.; 9—11 INC.—temp.; 14 Nem.—nullius; 22—23 Nub.—dicunt.

---

4—5 non b. solum m. set et c. *Mu.* || 5—6 *cf. 123. 26; 479. 3* || 5 XVII *codd. h. l.* || 8 -num: *corr. Bentin.*: -no *Mu.* (*qui ante* illi *collocat*) || 9 INC. *om. D*A || 13 non vitium *L* || 14 Nemini situm: (*corr. L*[2]) || nalius *L*[1] || 15—16 n. misereri certum est quia *codd. Pl.* || 16 mei *Pl.*: me || 18 ingenio *codd. Prisc. I, p. 207. 6* || 19 *null. lemm. L*[1] (Noxitudo, noxa *gl.*) || 20 quei n. *Mu.*: n. (*del.* ocule) *Ribb.*: *fort.* uti (*praec.* o) || 21 santescat.

sed meus
fráter maior, póstquam vidit mé vi deiectúm domo,
núpsit posteriús dotatae, vétulae, varicosaé, vafrae.

NITIDITATEM pro nitore. Accius Bacchis (254):

formaé, figurae nítiditatem, hospés, geris.

NVMEN pro ornatu. Vergilius Aeneidos lib. II (396):

vadimus inmixti Danais, haut numine nostro.

NOENVM pro non. Lucilius lib. XXX (23):

sed || tamen hoc dicas quid rest? si noenu molestum est.

Varro epistula ad Fufium: 'si hodie noenum venis, cras quidem, sis, veneris meridie die natalis Fortis Fortunae'.

NEVVLT pro nonvult. Titinius Setina (105):

ipsús quidem hercle dúcere sané nevult.

Plautus Trinummo (1156):

"fíliam meam tibi désponsatam esse aúdio." — "nisi tú
nevis."

NIGRET, nigrefit. Pacuvius Chryse (88):

sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret.

---

27 Nit. p. nitore; 29—31 Num.—non; 4 Nev. p. nonvult; 8 Nig. nig. facit.

---

**25** me vi dei. *Me.*: me indeiectum: me eiectum *Bue.* || **26** afrae: *corr. Iun.* || **27** Nitiditate $L\ B^{\Delta}$: Nitidate (-ci-) $C^{\Delta}\ D^{\Delta}$: *corr. Mu.* || nitorem *Mu.* || **28** geris *Me.*: regis || **29** oratu *Stowasser.* (*Arch. Lat. Lex. I, 442*): fortuna *Sittl.* (*ibid.*): nutu *Landgraf.* (*Wochenschr. klass. Phil. a. 1884, p. 1231*) || **30** haut (aut) in n. $C^{\Delta}\ D^{\Delta}$ || **31** pro noni *L* || **1** quid est si $F^3\ B^{\Delta}$: quid esti $L^1$: *corr. Lachm. comm. in Lucr. 150*: quid sit *Santen.* || noenum: *corr. Iun.* || **3** sis *Mu.*: si || meridiem d. n.: meridie natali (n. *iam Iun.*) *Scal.* || Fortis $F^3\ B^{\Delta}$: *om. L* || **5** d. hanc s. *Quich.* || **7** desponsam (-satam) *codd. Pl.* || **8** Niget $C^{\Delta}\ D^{\Delta}$ || nigreafit $L^1$: nigra fit $B^{\Delta}$ (*cum gl.*): nigra facit $C^{\Delta}\ D^{\Delta}$: *correxi* || **9** rapessit: *corr. Bentin.* || nigret *ed. princ.*: nigri (*pro* nigrei).

144 M.

Accius Bacchis (260):

ídem splendet saépe, ast idem nímbis interdúm nigret.

NITIDANT, abluunt: dictum a nitore. Ennius Cresphonte (124):

† opie eam secum ádvocant,
eúnt ad fontem, nítidant corpora.

Accius Thebaide (602):

† quini Dircaeo fóntei advenient, múndule
nitidántur † vulgo quádripedantum sónipedum.

NIXVRIRE, niti velle. Nigidius Commentariorum Grammaticorum XXV (40): 'nixurit, qui niti vult et in conatu saepius aliqua re perpellitur'.

NOTIFICEM, notam faciam. Pomponius Atreo (Pomp. Sec. 1):

nunc te óbsecro,
stírpem ut evolvás meorum *rém*que notificés mihi.

NVMELLAE, machinae genus ligneum, ad discruciandos noxios paratum, quo et collum et pedes inmittunt. Plautus Asinaria (550):

nervós, catenas, cárcerem, numéllas, pedicas, bóias.

---

12 Nit.—nit.; 18 Nix. n. velle; 21 Not. n. fac.; 24—25 Num.—inmittunt.

---

10—11 baccidem (-cch-) spl.: *corr. Me.* || 12 albunt $F^3$ *ut vid.*: aluunt $L^1 C^A D^A$ || (Nitidant abluunt $F^3$ *mg.*) || 13 Meropam s. abducunt *Mu.*: *fort.* Pelopiae eam s. avocant || 14 fortem: (*corr.* $F^2$, *silente* $F^3$) || 16 quin id circeo $L B^A$: quin idcirco $F^3$ || fonte || qui ubi ad (*Both.*) Dircaeum fontem (*Voss.*): *fort.* qum i || (adveniunt *G*) || ungulae *On. post Bue.* || 17 *fort.* -dentur *vel* -dandum || vulgum *Mu.* || quapripedantur sonipedum $F^3 B^A$: pripedantur soni *L*: *corr. Me.* || 19 nuxurit $F^3$: nuxust re *L* || in eo natu $L^1$ || 20 repellitur *Madvig.*: praepeditur *Mu.* || 21 Pomp. * * * Accius Atreo *Mu.*: *fort.* Pomp. Patruo || 23 rem *add. Mu.*: meque *Ribb.* || 25 quo ei *L* || -tuntur (?) *Mu.* || Asin. *Ald.*: Aulularia || 26 nervus: (*corr.* $F^2$) || boias *om. L.*

NVGIVENDOS Plautus dici voluit omnes eos, qui aliquid mulieribus vendant; nam omnia, quibus matronae utuntur, n u g a s voluit appellari. Plautus in Aulularia (525):
ubi núgivendis rés soluta est ómnibus. ||

NIDVS pro poculo. Varro Quinquatribus (442):
quam lýmpha melius é lacuna fóntium
adláta nido pótili permísceat.

NIDVLANTVR. Varro Hebdomadon I (= Gell. III, x, 5): 'dies deinde illos, quibus alcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit'.

NESCIVM pro incognito. Plautus [in] Rudente (275):
quae ín locís nésciís nésciá spé sumús.

NOCTESCERE, caecari. Furius Poematis, etsi est auctoritatis incertae (2):
omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.

NEPAM quidam cancrum putant ad illud Plauti (Cas. 443):
retrovorsum cedam; imitabor nepam.

et illud aliud (cf. Enn. trag. 200):
aut cum nepa est.

set dubium in utroque. nam vere n e p a scorpius dicitur. M. Tullius de Finibus Bonorum et Malorum lib.

---

27—29 Nug.—app.; 1 Nid. p. oculo; 4—7 Nid.—incog.; 9—17 Noct.—dicitur.

---

**27** diei $L^1$ || **29** appellare $C^A$ $D^A$ || **1** oculo $C^A$ $D^A$ || **3** adlatatam $L^1$: allatam $B^A$ (*seq.* n) | nidos: *corr. Me.* || poculi *Iun.* || **4** uarro prohepdomadon prima || **5** hiemanaqua $C^A$ $D^A$: hieme anni in a. *codd. Gell. III, 10* || **6** septem *Gell.*: lentem dicit *codd. Gell.* || **7** in *om.* $L^1$ (*habent codd. Gell. IX, 12. 21*) || **8** quae (que $L^1$) in loco si nescis nescias pessumus || **9** Notescere $D^A$ || **10** incaeriae $L^1$ || **11** notescunt $C^A$ $D^A$ || **13** nepa $C^A$ $D^A$ || **15—16** est. set *Mu.*: esset || n. aut exoritur *Enn.* || **16** nepas sc. $C^A$ $D^A$.

V (42): 'serpere anguiculos, natare anaticulos, volare merulas, cornibus uti videmus boves, nepas aculeis, suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem'.

NEX pro nece. Sisenna Historiarum lib. IV (114): 'quoniam neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum dementem reprimere audaciam'.

NENIA, ineptum et inconditum carmen, quod a conducta muliere, quae praefica diceretur, îs, quibus propinqui non essent, mortuis exhiberetur. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'ibi a muliere, quae optuma voce esset, perquam laudari; dein neniam cantari solitam ad tibias et fides'.

## INCIPIT PER O LITTERAM.

OBSCAEVAVIT, quasi scaevum, malum omen || obstulit.

Plautus in Asinaria (266):

métuo, cum illic óbscaevavit meaé falsae falláciae.

OPIMITAS, ab opimo. Plautus Asinaria (282):

máximas opímitates, gaúdio exfertíssimas.

idem Captivis (769):

máximas opímitates ópiparasque offérs mihi.

---

21 Nex p. nece; 24—26 Nen.—exhib.; 29—1 INC.—obstulit; 4 Op. ab optimo.

---

18 anauculos *L*: anaticulos $F^3 B^{\Delta}$: -las *codd. Cic.* || 19 videamus || aculei *L* || 21 pro necessi (*seq.* si) $L^1$: pro neces *Mu.* || 24 neptum $L^1$ || 24—25 a conducta (*Guietus*) muliere *Mu.*: adducta mulier || 25 dicoretur $L^1$ || 26 -ret $B^{\Delta}$ || 27 opt. *Gul. Canterus*: obtutum a || 28 *cf. 67. 8* || deinne (*seq.* ne) *L* || at tibiis $F^3$ || vides *codd. h. l.* || 29 INC. *om.* $D^{\Delta}$ || 1 Obscelavit *L* || abstulit: *corr. Mu.* || 3 metuo quod *codd. Pl.*: et vocum || illio obscelavit *L* || 4 Optimitas ab optimo: *corr. Iun.* || 5 optimitas et g. || 7 optimitas || offert (*cf. Class. Rev. XVI, 48*).

146 M.

OBBA, poculi genus, quod nunc ubba dicitur. Varro Est Modus Matulae, *περὶ μέθης* (114): 'dolia atque apothecas tricliniaris, Melicas, Calenas obbas et Cumanos calices'.

OPVLENTITAS pro opulentia. Plautus in Milite Glorioso (1171):

quásique eius opuléntitatem révererearis.

Caecilius Plocio (186):

opuléntitate nóstra sibi iniúriam
factám.

ORBITVDINIS pro orbitate. Accius Amphitryone (94):

miserét lacrimarum, lúctuum, orbitúdinis.

Turpilius Thrasyleone (211):

hoc te óro, ut illius cónmiserescas míserai orbitúdinis.

Pacuvius Duloreste (135):

vel cúm illum videas sóllicitum orbitúdine.

OCQVINISCERE est proprie inclinari. Pomponius Prostibulo (148):

ut núllum civem pédicavi pér dolum,
nisi ípsus orans últro qui ocquiníisceret.

idem Pistore (125):

. . nisi nunc áliquis subito óbviam occurrít mihi,
qui ócquiniscat, quó conpingam términum in tutúm locum.

OBLITTERARE est obscurefacere et in oblivionem ducere. Accius Agamemnonidis (42):

---

8 Ob.—dic.; 11 Opul. p. opul.; 16 Orb. p. orb.; 22 Oq.—incl.; 28 Obl.—ducere.

---

8 (nunc cubba *Paris. 7666*) ‖ **9—10** *cf.* *545. 1. 8. 18* (*s. vv.* obba, dolia, calices) ‖ **10** cumanus *codd. h. l.* ‖ **12** -tate ‖ **15** faciam: *corr. Me.* ‖ **16** -tatis *Mu.* ‖ **17** luctum $L^1$ ‖ **19** te oro $F^3 B^A$: theoro $L$ ‖ utilius $L$ ‖ miserae: miserulae *Ribb.* ‖ **21** illum $F^3 B^A$: ultim $L$ ‖ **22** -nare: *corr. Quich.* ‖ **24** ultroque $F^3$ ‖ **27** in tutum in totum $L$: in tutum $B^A$ ‖ **28** obscurare (obc. $L^1$) facere $L^1 C^A D^A$.

ínimicitias Pélopidum
extínctas iam atque oblítteratas mémoria
renováre.

OFFENDO, offensio. Afranius Vopisco (400):
quae núnc offendo saépe procul nostrá sit mala . . . ||

OLAT pro oleat. Afranius Fratriis (178):
nón potest quin ílla stacta lóngeque et multís olat.

Pomponius Aleonibus (6):
áleo
lúdam, sane meae male olant manus.

OBSORDVIT, obsolevit. Caecilius Hypobolimaeo Rastraria (86):
obsórduit iam haec ín mea aerumna míseria.

OBSTRIGILLARE, obstare. Ennius Satyrarum lib. II (4):
réstitant, occúrrunt, obstant, óbstringillant, óbagitant.

Varro Manio (264): 'lex neque innocenti propter simultatem obstrigillat neque nocenti propter amicitiam ignoscit'. — idem de Re Rustica lib. I (2, 24): 'tu, inquit, invides tanto scriptori obstrigillandi causa, ut cum praeclara quaedam ne laudes'. — idem de Vita Populi Romani lib. IV: 'quod Curio, cum [id] fecisset, dicebat

---

33 Off. off.; 1 Ol. p. ol.; 6 Obs. obs.; 8 Obstr. obstare.

---

**30** pelopidarum: *corr. Voss.* || **31** extinctas iam atque $F^3$: extincta tam $L B^A$ || **33** (offenso *Montepess., Oxon.*) || **34** quae *Leo anal. Plaut. II, 8*: quoque (*praec.* co) || semper *Both.* || (sint $F^2$) || **2** qui in illas tacta $L$: quin illa tacta $B^A$ || solat (*praec.* s) $L$ || **4—5** a. non l. sane ne m. *Both.*: *fort.* 'áleo' ludám! si ludam, sáne m. || **5** oleant || **7** mea *Fleckeisen.*: me || **8** Obstrigillare $F^3 L^1 C^A$ (= *Paris. 7666*) $D^A$: Obstringillare $B^A$ (*cum Lugd. Bamb.*) || **11** -string- $B^A$ || nocent $L$ || **12** ignoscit $F^3 B^A$: noscit $L$ || V || **12—13** tu inq. inv. *Varr.*: qui quod invidis || **13** obstrigilandi $L$: obstringillandi $B^A$ || ut *om. codd. Varr.* || **13—14** et ob. c. figlinas reprehendis cum p. q. ne l. praetermittas *Varr.* || **14** ne *Varr.*: quae || **15** id *secl. Quich.*

amicis, ut illi renuntiaretur se obstringillaturum, ne triumphus decerneretur aut ne iterum fieret consul'.

OBVARARE, pervertere, depravare: dictum a varis. Ennius Achille (7):

. nám consiliis óbvarant, quibu' tám concedit hic órdo.

OBSECVNDANTER, obsequenter. Nigidius de Dis lib. I (66): 'cum autem id quid sit quaerimus, obsecundanter naturae viverent'.

OCVLITVS, ut animitus, medullitus. Plautus Cornicula (67):

ámant ancillam méam Pheidulium óculitus.

OSSICVLATIM, ut si minutatim. Caecilius Fallacia (50):

óssiculatim Pármenonem dé via liceát legant.

OFFICERE, obesse. M. Tullius de Officiis lib. III (66): 'demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis'. ||

OLIVITATEM, fructus oleae, Varro in Gloria, *περὶ φθόνου* (219):

tum dénique, omnis cúm lucerna cónbusta est
in lúcubrando olívitasque cónsumpta est.

idem de Re Rustica lib. I (59, 4): 'non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore umquam pependerint. de olivitate oleas esui optime condi scribit Cato'.

OCCEPSO, coepero. Plautus in Amphitryone (673):

ní ego illi puteó, si occepso, ánimam omnem intertráxero.

---

17 Obv.—varis; 20 Obs. obs.; 22 Oc.—med.; 24 Oss.—min.; 26 Off. ob.; 1 Ol. fr. ol.; 7 Occ. coepero.

---

16 aut] ac (?) *Mu.* || 19 consilius || iam *Ribb.* || 21 vivere *Rutgers.* || 22—23 corni qui amant: *corr. Ritsch. Parerg. 155* || 23 fedulium || 24 ut (*del.* si) *Mu.* (*cf. 112. 3*): ut sit *Iun.* || 24—25 *cf. 332. 13* (*s. v.* legere, colligere) || 26—27 *cf. 346. 25* || 26 IIII *codd. h. l.* || 1 olei: *corr. Quich.* || in glorio: Inglorio *edd.* || peri oton $F^3 B^A$: pertoton *L* (*seq.* tu) || 2 omnes || lucernae *L* || 3 in lucubrandi || 5 maior || 5—6 pependerit $F^3 B^A$: rependerit *L* || 6 esut *L* || 7—8 *cf. 233. 15; 410. 14.*

148. 149 M.

OSA SVM pro odi. Plautus in Amphitryone (900):

inimícos semper ósa sum optuérier.

ORBITVM, dictum per orbem. Varro *Γνῶθι Σεαυτόν* (202):

ut sidéra caeli,
divum † ea cum terram atque axem
quae vólvuntur motu órbito.

OPVLISCERE, ab opulento, dictum decore. Furius Poematis (6):

quo magis in patriis possint opuliscere campis.

OCCVLE, occulta. Cicero de Oratore lib. II (177): 'interiuncta argumentorum plerumque occulas, nequis ea numerare possit'. — Vergilius Georgicorum lib. II (346):

quod superest, quaecumque premes virgulta per agros,
sparge fimo pingui et multa memor occule terra.

OPINABILE. Cicero Academicorum lib. I (31): 'itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabant'.

## INCIPIT PER P LITTERAM.

PAENVLARIVM, quasi theca et vagina paenulae. Novius Fullonico (34):

non múlto post sonárium accepit, ábsedet,
conséquitur paenulárium, || cilotrúm petit.

---

9 Osa—odi; 11 Orb.—orb.; 15 Opul.—dec.; 17 Occ. occ.; 22—2 Opin.—ignobilitatem.

---

9 Occasum $D^A$ || 11 ductum *Chifflet.* || 13 dio *Mu.* || circum *Bentin.* || 14 motu $F^s$: motur $LB^A$ || 15. 16 -lesc- *codd. Gell. XVIII, 11* || 16 patriis *Gell.*: campis || 18 interpuncta *codd. Cic.* || 19—20 *cf. 365. 35* || 22 -lem *gl.* || 23 hoc $L^1$ || partem *codd. Cic.* || -le *Orell.* || 24 INC. *om.* $D^A$ || 25 penulae (paen.) $C^A$ (= *Paris. 7666*) $D^A$: pendulae $LB^A$ (*cum Lugd. Bamb.*) || filonico || 26 sonarum: *corr. Ribb.* || abs. *tuentur Stowasser.* (*Dunkl. Wort., p. 6 sq.*), *Heraeus* (*Sprache d. Petron. p. 8*): absdedit *Ribb.*: abscidit *Munk.* || 1 silotrum *Stowasser.*